



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

10. Monasterium tenuè licitè aliquid accipit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

sint pars Communitatis, quæ illorum bonorum Dominium vel liberum usum retinet) qui istud vendere præsumit, præsumitur etiam velle vendere ipsum statum. cum Canon absolute prohibeat Et aliquid exigi ab ingredientibus aut pactum fieri, pœnamque excommunicationis & suspensionis, si pastus, prandia, cœnæ, pecuniæ, localia petantur, etiam res sacræ & sacro vsui dicandę, videtur semper vitium simoniæ & auaritię sapere, aliquid pro ingressu exigere aut pacisci.

X. Excipe Monasterium tenuè exacto vel absolute in sustentationem ingredientis aliquid exigens, pecunia etenim, v. g. petita est veluti necessaria conditio, nè alii Religiosi ob huius receptionem, molestiam aut detrimentum patiantur inuictu, vestitu, aliisque necessariis, cum hoc

fa-

subiciat

facile possit per diuitis ingressum auerti.

Ita Communiter Theologi de numero suscipiendorum ad Monasteria, vide Concil. Trid. sess. 25. c. 2. de reform. & S. Ord. Prem. Canonico-rum statuta dist. 1. c. 15.

XI Excipe Monialium Cœnobia pro receptione pecunias exigentia aut paciscentia de dote, aut commodo victu. Quamuis Concil. Trident. sub anathemate (non ipso facto aut Papæ reserua-to) prohibeat, nè ante Professionem, excepto victu & vestitu Nouitiæ (vel Nouitii) tempore probationis durante quocunque præ-textu à parentibus, propinquis, tutoribus ex bonis puellæ vel Nouitii, parentum, Consanguineorum aliquid tribuatur, licet verò in ipsa Professione aliquid adtribuere Monasterio, pro puellæ sustentatione (Nouitii) pro pompa, vesti-